



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 75. Tridentinorum Patrum timor ad hostis appropinquantis rumorem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæc. XVI.

A.C.1552.

§. LXXV.

*Tridentinorum Patrum timor ad hostis appropinquantis rumorem.**Pallav. hist.**Conc. Trid.**I. 13. c. 3. n.**I. § 2.*

Cum Fœderati a Tridentina urbe parum distarent, mox Itali Præsules accepto nuntio, quod Lutheranorum exercitus jamjam viarum aditus perfregisset, ingenti afficiebantur timore, unde trajecto Abdua flumine Veronam contendere parabant, discedentibus quoque cunctis Protestantium Oratoribus: cum autem Legati morbus indies augeretur, Nuntii, ne soli tandem Tridenti persistere cogerentur, veriti, datis ad Papam literis, quid Consilii in funesta hac rerum vicissitudine caperent, sibi significari rogabant. Ad hæc Julius, qui pace cum Franciæ Rege inita, minus Cæsaris indignationem pertimescebat, convocato Purpuratum Senatu Nuntiorum postulata expulsit. cum ergo potior Patrum pars Synodus esse interrumpendam censeret, mox hanc in rem diploma conficiebatur ad Papæ Nuntios transmittendum: insuper ipse summus Pontifex ad eosdem hunc in modum prescripsit: „si Syndicatum interrumpi, vestro judicio ulti gens depositit necessitas, id exequitatem hæreticorum insultibus expunere,

„nere, præcipue cum facile Concilium Sæcul. XVI.  
 „tempore magis tranquillo rursus con- A.C. 1552.  
 „tinuari valeat; ea tamen mea est vo-  
 „luntas, ut Synodum nequaquam pe-  
 „nitus solvatis, sed duntaxat ad tempus  
 „prorogetis, ut semper, prout tempo-  
 „ris opportunitas tulerit, Synodi pro-  
 „sequendæ remedium in promptu sit.

## §. LXXVI.

*Pontificium interrumpendi Concilii di-  
ploma ad Nuntios delatum.*

Accepto hoc responso Nuntii Apostoli- *Pallav. l. c.*  
 ci rem silentio prorsus religioso pre- *Spond. hoc*  
 mebant: ut vero cuiusvis mentem cir- *ann. n. 4.*  
 ca Synodi interruptionem magis explo-  
 ratam haberent, præprimis Caroli V.  
 Cæsaris Legatos, necnon præcipuos  
 ex illis, qui adhuc remanserant, Præ-  
 fules in Concilium vocabant, ut ab eis,  
 quid denique statuendum, perciperent.  
 Cunctorum opinio eo abibat, Cæsaris  
 iussa esse expectanda, cum nihil a Pro-  
 testantium exercitu foret timendum,  
 atque illi longius, quam spargebatur,  
 ab urbe distarent. Insuper Nuntii,  
 cum nonnisi Episcopali dignitate fulge-  
 rent, Papæ iussa statim exequi reformi-  
 dabant, hinc datis Romam literis Pon-  
 tificem monebant, his verbis usi: per-  
 molesta Patribus futura fuisse suspensio

B b 3

Pon-